Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in medium Populum prosiliens, Ensem et cruentam
manum tubis ostendit: Senatus Populique Romani
Inimicos ut persequantur et cedant hortatur. Popu
lus facillime persuasus Magna acclamatione Gallica
num praedicat. Milites pro virili parte lapidibus petunt. Gallicanus.
Qui vero pervenerant, paucis laesis in Castra confugiunt:
et clausis Portis ac sumptis Armis intra Castra se
tuentur. Gallicanus vero tale facinus audens In
testinum bellum ac Magni exitii urbi suscitavit.
Nam publica Armorum repositoria: sive ad ostentationem Seditio militum
magis quam ad pugnam apti erant, frangere: et cuivis quisque populi Ro.
poterat corpus Armare, Plebi suasit. Gladiatorum
deductiones et operis quemque Armis instructum induxit.
Quaeque Domi et in Ergastulis erant, Hastas: enses: Ergastula
Securres et omnia Diripiebant. Populus furore con
citus, quodcumque materiae bellicae offerebatur Instru
mentum, hinc Arma faciebat. Quare coortos
in Castris Milites aggreditur tamquam Arcis obsidione
circumventurus. Iam Portas ac Menia oppugnant.
Contra Milites multa experientia propugnaculis cly
peisque muniti Sagittas in eos torquent: longisque
telis prohibent: et a Menibus repellunt. Itaque
Laborans populus et Gladiatores saucii iminente nocte